Erunt enim lũbi eius precincti. instar filiorũ
israhel/ qui comesturi agnuz paschalem erant
succincti. et calciati pedib9. q̃si prepati ad tran
seundũ de hoc mũdo/ sic eni ad mensam dei ac-
cedenduz est cũ hac orõne./ Accinge gladium
·Λ· tuũ sup femur meũ ꝛc. ¶ Septimo induit ma
nipulũ in sinistro brachio. cogitãs. ꝙ iesus fu
niculuz quo fuit ligat9 in flagellatiõe. pórbat
in brachio sinistro/ cũ dederũt ei corõto. coronã
spineã. arũdine in dexterã. ꝛ orãs dicet. Disrũ-
·8· pe dñe õnes laqueos sathane ꝛc. ¶ Octauo in
duit stolam. crucẽ signtez. quia sicut sacerdos
stolam in scapulis portat: ita christus crucem
in scapulis ad mõtem caluarie baiulauit/ Et
oret sic ut sequit/ Jugũ tuum domine suaue
·9· est: et on9 tuũ leue ꝛc. ¶ Nono induit casulaz.
cogitans ꝙ milites pilati: xp̃m deridentes. tã-
q̃ꝫ volentẽ regnare/ purpuream vestem indue-
runt. Jo. xix. ꝛ tũc petat ꝛ oret Deus creator to
·10· ci9 creatue dignare me ꝛc. ¶ Decimo sacerdos
portat in capite coronaz. que sigñficat regalem
dignitatem sacerdotũ. si sacerdotalit vixerint.
ꝛ cogitet christũ derisorie corona spinea coro-
natum/ Et sic patet. ꝙ sacerdos oblaturus sa-
crificium altaris gerit personam christi. et er-
go eiusdem christi. qui fuit sacerdos/ seipsum of
ferens et sacrificiũ armis induit.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-810/0004
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG